

C A P U T XIV.

a Idem.

Non in iuste iudex procedit, qui b filium familias in procuratorem admittit, quamvis ad e futuram controversiam...

NOTAE.

Gregorius IX. videlicet, qui etiam presentem constitutionem edidit. Unde non constat de persona, cui eam dicitur.

Qui recte procurator constituitur in iudicio, tam ad agendum, quam ad defendendum ab hunc parit contenta, e qui generaliter s. hoc tit. in 6. l. filius 8. in...

Ad futuras enim causas procurator recte datur, l. 3. ff. hoc tit. ubi A. Faber, Mancius de procurat. n. 129. nec...

Procurator ad licentiam datus tenetur licentiam sequi, & a sententia contra ipsum prola appellare, e dilectus...

C A P U T XV.

a Idem.

Consulti sumus, an constitutus ad impetrandum a communitate aliqua procurator ab b impetrando deberet excludi...

NOTAE.

Gregorius videlicet IX. qui licet consultus presentem constitutionem ediderit, non tamen expressit, cuius consultationi in ea respondit.

trare scripta gratis, aut iustitiam, expositi in casu, nonnulli s. 27. §. 1. de re iudic.

TITULUS XXXIX.

De Sindico.

C A P U T PRIMUM.

Gregorius a Petro Subdiacono.



Icitur studii nostri esse concedet, a litigiis b foralibus monachos e submovere, ut divinis d ministeriis pie ac solerter invigilet...

NOTAE.

Gregorius. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 1. & extat textus hic in regestis epistoliarum D. Gregorii...

Intantum Latinerium cellularum. Illustrat Benedicteus Haaphtenus l. 12. disp. monach. tit. 3. disp. 1. Sumitur etiam cella pro monasterio...

COMMENTARIUM.

presenti Gregorii Magni epistola sequens deducitur disputanda assertio: Monachi non per se sed per syndicum & secularem...

presenti Gregorii Magni epistola sequens deducitur disputanda assertio: Monachi non per se sed per syndicum & secularem...

Ut autem variae sunt res, quae celantur, ita diversae sunt cellarum appellationes: ubi oleum custodiunt, cella olearia dicitur...

Ut autem variae sunt res, quae celantur, ita diversae sunt cellarum appellationes: ubi oleum custodiunt, cella olearia dicitur...

Conclusio deducta & probata.

Impugnatio contra assertio.

His difficultatibus minime obstantibus vera est Gregorii Magni decisio, ad cuius expositionem sciendum est, quod sicut privata persona ad negotia in iudicio peragenda procuratorem constituit, l. 1. *et per totum ff. de procuratoribus*; ita universitas, monasterium, seu collegium constituit procuratorem, vel administratorem bonorum, quem appellant actorem, seu economum; si ad negotia in iudicio pertractanda, appellant syndicum, seu defensores, l. 1. *§. quibus, ff. quod cuiusque uniuers.* docent Merillus *differentiarum* c. 3. Mancius *de syndico, in principio*. Unde cognoscitur differentia, quae versatur inter hunc titulum, & antecedentem; quia in illo agitur de procuratoribus privatorum, in hoc vero de procuratoribus, syndicis, seu defensoribus universitatis, monasterii, vel alterius communitatis, ut animadvertunt Gothofredus, Valensius & Chassaneus *ad hunc tit.* Iure etiam civili qui reipublica, vel universitatis negotia administrant, dicuntur actores, l. finalis, *ff. de officio Praefecti*, l. cum aliquis 27. *ff. de negotiis cogniti*, nec sicutiani 74. *ff. de procurat.* licet alias differentias agnoscant inter actorem & syndicum Mancius *ubi supra*, n. 13. Vvesembchius *ad tit. ff. quod cuiusque uniuers.* n. 3. qui autem ad negotia universitatis, seu resp. in iudicio tractanda constituitur, syndici, seu defensores dicuntur, d. l. 1. *§. quibus*, l. 1. *§. 2. l. munus, §. defensores, ff. de munus. et honorib.* l. 1. *in 17. in principio, ff. ad Trebell.* l. 3. *ff. de possessionibus*: Iure autem canonico, qui Ecclesiam, aut monasterii rationes curant, & bona administrant, dicuntur economi, c. volumus, 89. *dist. c. cum vos de officio Ordin.* c. Diaconum, c. institutum, 79. *dist. five castaldi, cap. Saluator* 1. q. 1. plura de eis congerunt Filescus *in d. c. cum vos*, Barbosa l. 1. *iuris Eccl. c. in. Cap. de Ecclesiasticis, huerarij*, q. 2. *promissum*, §. 5. Qui autem negotia Ecclesiae, seu monasterii in iudicio pertractat, dicitur syndicus, seu defensor, c. vultus 2. *de in integrum restit.* cum aliis supra adductis pro illustratione conclusionis.

Syndicum in iudicio constituere possunt Respublica, Universitas, collegium, monasterium; quia cum quaelibet communitas, quantum vis approbata, personam non habeat, nec per se in iudicio esse possit, necesse est unum eligere, per quem agat, seu se defendat, c. 2. *§. si iudices, de iur. iur.* ubi dicitur, *ubi in Verrem*, ubi: *Sicilia tota se una voce locutorum, hoc dicitur, quid auri quid argentum, et. quoniam id non potest, horum remm aduorem parum idoneum ipse delegit*. Unde Athenienses syndicum habuisse, ex Demosthene probat Petrus Gregorius *d. l. 49. §. unum*, §. 5. Ordo etiam decurionum syndicum nominare valet, l. 3. *l. item eorum*, §. 5. *ff. de decurionibus*, *ff. quod cuiusque uniuers.* omnesque communitates permittit, & approbat; quae habentur communem, etiam syndicum designare possunt, imo & coguntur illam constituere, l. 4. *§. ff. de iudic. omnium lib. q. docent Mancius ubi supra*, n. 15. P. Mendo *ff. l. de iure academico*, q. 73. Circa formam autem electionis illud observandum est, videlicet ut omnes collegij, seu communitatis vocentur, & congregentur in locum publicum, l. penult. *C. de legation.* l. 2. *C. de decurionibus*, l. 10. & convocari debent ad sonum campanae, vel alio signo dato, quo ad similes actus communitates convocari consueverunt; absentes autem, & impediti, ius praestandi suffragium non habent, nec praesentium electionem per absentes comprobari necesse est, l. finalis, *C. de gradibus decur.* l. 10. Speculator in tractatu de syndico, n. 2. Et licet omnes ipsius communitatis praesentes vocari debeant, ex regula textus in l. fin. *C. de auctor. cur.* tamen non omnium etiam praesentium in unum, eundemque syndicum consensus desideratur, sed sufficit maioris partis, l. quod si maior, *ff. ad municipalem*, l. nominatus, *C. de decurionibus*, l. 10. l. 2. *ff. quod cuiusque uniuers.* docet Azavedus *notis ad Curiam Visitanam*, l. 2. c. 18. nu. 14. Nec etiam in ipsa syndici constitutione desideratur, ut singulorum nomina exprimantur, sed sufficit ut dicatur a majori parte syndicum fuisse constitutum, ut docent Gaillus l. 1. *obseru.* c. 76. Lofeus l. 2. *de iure uniuers.* c. 1.

Quoad personam autem, quae potest ut syndicus constitui, illa generalis regula observanda est, videlicet eos omnes a syndici officio arceri, qui procuratores esse nequeant, ut feminae, milites, & similes; Mancius *ubi supra*, n. 48. cum syndicus a procuratore tantum in eo differat, quod procurator a privatis, syndicus a communitate eligitur: nec tantum extraneus a Capitulo in syndicum eligi valet, verum & ille qui ex corpore communitatis est, l. plane 4. *ff. quod cuiusque uniuers.* l. ut gradatus, *§. sed est, ff. de munus. et honorib.* si idoneus est, & negotiorum peritus, ut docent Vvesembchius *ubi supra*, n. 5. Mancius n. 43. Semel ac rite syndicus est electus pro ipsa communitate, ipsam debet defendere in omnibus causis, nisi mandatum speciale exigat; licet enim cum libera facultate constituitur, tamen in his quae egent speciali mandato, debet illud speciale adhiberi, Vvesembchius *ubi supra*, n. 8. Potest etiam syndicus iuramentum deserre, & praestare in negotiis communitatis; & etiam de calumnia iurare cogitur, c. in pertractandis 3. *de iuramento calum.* non autem cogitur iurare, sicut procurator, l. item 6. *§. ult. ff. quod cuiusque uniuers.* ubi glossa, & A. Faber: in aliis autem actionibus, ac defensionibus idem dicendum est de syndico, ac de quocumque procuratore praedicatur. Nec contrarium probat textus in d. l. item 6. *§. ult.* in illis verbis, *iudicatus actio ei ex officio non datur*, in quibus docetur, actionem iudicati non dari syndico, seu actori, cum eam etiam directa detur procuratori, l. in causa 27. *in fine*, l. si procurator 28. *ff. de procurat.* igitur quia syndicus quoad iudicia non habetur per omnia ut procurator. Nam huic difficultati, omnia A. Fabri solutione in d. l. si procurator 28. qui existimavit, iudicati actionem non dari syndico, aut pro-

Syndicus & procurator.

Syndicus quibus constituitur.

Syndicus quis dicitur, quare videtur.

curatori, respondendum est, discrimen esse constituendum inter actionem iudicati effectam, & inefficacem, exceptione videlicet elidendam; actio enim iudicati effecta procuratori, aut syndico non datur, d. l. item 6. *§. ult.* inefficax vero, quae opposita a reo exceptione eliditur, procuratori, seu syndico competit, ut docet Oualius l. 18. *Donelli, c. finali lit. B.* & sic de effecta actione accipiendus est textus in d. l. procurator; de inefficax vero textus in d. l. actor.

His ita praemissis, ratio praesentis decisionis ultra illam generalem, quam supra adduximus, videlicet quaelibet communitatem per se agere, aut defendere in iudicio non posse; & profecti ne monachorum, cum enim eorum disciplina sit divinis officiis vacare, ad strepitum vero iudiciorum abstinere, c. 7. *na clerici, vel monachi, c. de rebus, l. repetita, c. de Episc.* ideo debent non per se, sed per syndicum monasterii negotia procurare, aut potius illa deserre, quam se illis implicare. Facit ad rem celebris auctoritas Petri venerabilis Eremitae Carthusiensis, qui l. 6. ep. 18. ita scribit: „ Quid ad nos, ista Carthusiensis Ordinis institutio est mala, si qua noverint iis, ad quos spectant, nota facere, non autem litigare. Eorum est simpliciter quod sentiant dicere, non autem palatia ad acculandum intrare: non est eremi nostri iudiciis addare; non est eorum qui mortui mundo videntur, in publicis negotiis; actores, vel defensores esse decet, ut qui in saeculo eremum elegerunt, malicia faculari, nec decet, ut qui in saeculo eremum elegerunt, mane de eremo ad saeculum redeant; ut sponte cunctis nolentibus & reclamantibus iudicium non tribunalibus ingeramus. Recte ergo Greg. Magnus in praesenti iubet monachis suis, ut potius salarium constituto syndicum eligant, per quem negotia monasterii tractentur, quam se forensibus negotiis immiscant.

Nec obstant difficultates supra expensis. Non prima, nam licet iuxta proximè tradita potius monachis expediat syndicum constituere, quam per se negotia forensia tractare; hoc tamen ad honestatem pertinet, non autem omnino ad necessitatem: quare aliquando, veluti ob summam pauperitatem, si non possint syndicum constituere, quia unde salarium constituant, non habent, negotia per se procurare valent, ut in praesenti docent communiter repetentes, Vivianus etiam, & Valensius hic; quo casu accipiendi sunt textus in d. c. monachis, c. 2. *de postulando*. Nec etiam obstat ipsius difficultatis argumentum, quia iura in eo adducta non loquuntur in syndico ad negotia temporalia in iudicio disceptanda; sed in eorum, five generali administratore in locum absentis Praelati, vel temporis, quo vacat Ecclesia, designato; laicus enim non potest esse generalis administrator in locum Praelati absentis, ut supponit noster Gregorius l. 7. ep. 66. debet enim hoc officium committi clericis idoneis, nulla improbe vitae suspitione notatis, c. institutum, d. 89. ut debent eligi ab Episcopo, cap. cum simus 9. q. 3. c. cum vos 4. *de officio Ordinarii*, & plerumque de gremio ipsius Ecclesiae, d. c. quia in quibusdam. Quare recte statutum fuit in Conc. Chalcedon. relato in d. c. quia, ut laici non possint praepo administrari rerum Ecclesiae. Plura de his economis adducunt Filescus *in d. c. cum vos* 40. *§. de officio Ordinarii*; Barbosa l. 1. *de iure Ecclesiastico, c. ult.* ad vero quoad negotia temporalia (ut sunt quae in foro tractantur) laici nominari, & constitui syndici possunt. Nec obstat secunda difficultas contra secundam partem praesentis conclusionis adducta; quia licet illis, quibus mandat negotiorum administratio, non possit assignari certum salarium, d. l. salarium 7. quia mandatum gratuitum esse debet; & si salarium, aut stipendium assignaretur, mandatum excederet fines; & in contractum locationis transiret, l. si cui 24. *ff. praescriptis verbis, leg. 1. C. mandati*, §. fin. *l. iustis, eodem tit.* tamen personis, quibus consuevit salarium assignari, constitui potest, l. 1. *C. mandati*, lib. 1. *§. fin.* *ff. de iur. et iur. extrajudic. cognit.* docent Pancirola l. 2. var. c. 150. Marcellus Donat. *in notis ad Sotionium in Augusto*, c. 31. quare syndico recte constitui potest salarium, & sic in praesenti S. Gregorius scribit Paulus salarium esse constituendum.

Sed supradictae conclusioni obstat textus in c. insuper 9. *de testibus*, & *attestationibus*; ubi Prae, & Fratres sanctae Trinitatis monasterii rescribitur, ut in causis sui monasterii possint unum, aut duos monachos ad agendum & defendendum nominari, qui actores, seu responsales dicuntur; & illi non poterunt, ut testes adhiberi in causa, quam ut responsales peragunt; alii vero monachi poterunt pro monasterio testificari. Ex quo textu expresse deducitur, ipsos monachos posse in iudicio causas monasterii tractare, & defendere: ergo non recte docemus in nostro textu monachos debere syndicum constituere ad agendum, & defendendum. Cui difficultati ex supra traditis satisfaciendum est atterendo, praesentem textum procedente tantum de honestate, non vero de necessitate: & sic iustus ex causis posse monachos ipsius negotia sui monasterii in iudicio procurare, ut in d. c. super. Quomodo autem in eo textu monachi possint in propria causa testificari, non est nostri instituti examinare: videndi sunt Farinacius *de testibus* q. 6. Barbosa *in cap. tertio loco, de probationibus*, Selse *desse*, 169. Everardus Bronchorst. *cent. 1. assert.* 49. Eadem solutione accipiendus est textus in c. cum deputari 16. *de iudicibus*; ubi cum agatur de Templariis, de quibus in c. 3. *peccati* 20. *de privi.* & quidam ex eis fuissent propositi Praeceptores in quibusdam domibus lue religionis, causas procurabant in iudicio; & cum iudices nolissent

Traditur ratio decedendi.

Respondetur ad difficultates.

Intelligitur textus in c. insuper 9. de testibus, & attestationibus.

eos solumquam procuratores admittere, quia licitum non erant illis forensium causarum curam agere, qui pacificis decreverant studiis inhaerere, Innocent. III. iussit praedictis, ut eos ad agendum, & defendendum admitterent. Cujus decisionis ratio provenit ex proximè traditis: nam licet honestum non esset Templariis negotiis secularibus se immiscere, tamen cum negotia essent propria monasterii, ideo poterant etiam in iudicio ipsa procurare, ut post Hostiensium docuit Felicianus Vega in d. c. cum deputari. Etiam iuxta eandem doctrinam accipiendus est textus in c. praeterea 2. *de transact.* in illis verbis: *Frater illi sese confitentes in iure, &c.* Ex quibus verbis deducitur, monachos per se, nullo syndico designato, in iudicio comparuisse, quod ex supra traditis procedit; nam cum praesens Gregorius impedit loquatur de honestate, non vero necessitatem importet, ideo monachi in illius textus specie poterant per se, nullo syndico designato negotia sui monasterii in iudicio defendere.

Secundo superiori assertioni obstat textus in c. cum venisset 2. *in integ. restit.* in illis verbis: *sed iudices auctoritate Apost.* monachis in iudicio, ut syndicum, seu procuratorem eligere, qui in causis monasterii, & consultatione ageret, & utiliter responderet. Quae verba dusa & magnas continent difficultates, Prima militat adversus solutionem supra traditam; nam si monachi per se causas sui monasterii procurare possunt cum licentia sui Superioris, & etiam ob honestatem debent syndicum nominare, quomodo iudices in eo textu monachis in iudicio, ut syndicum eligere? siquidem ipsi causam agebant, & prosequantur iam ceptam coram Romano Prae, igitur monachi non tantum de honestate, verum de necessitate debent syndicum eligere. Secunda difficultas ex dictis verbis nascitur; nam supra diximus, magnum esse discrimen inter procuratorem, & syndicum; siquidem procurator est designatus a privatis ad negotia in iudicio tractanda, syndicus vero constituitur a communitate: ergo non recte iudices in eo textu confuse habent monachis, ut constituatur syndicum;

Responditur c. 2. de integ. restit.

Respondetur ad difficultates.

TITULUS XL.

De his quae vi, metufve causa fiunt.

CAPUT PRIMUM.

Alexander III. a Osem. Episcopo, & Priori sanctae b Mariae Casaraug.

Relatum est ad audentiam nostram, quod cum quidam vir nobilis, prudens, & potens A nomine M. militem de Oreja quondam uxorem suam suspectam haberet, fratri, & militibus d suis praecepit, ut eam longe ad privata loca deducerent, & gladio occiderent: quam cum ipsi ad quendam silvam duxissent, & evaginato gladio eam occidere vellent, eadem ad pedes cognati cecidit, & ut sibi vitam servaret lacrymosa supplicatione rogavit. Cognatus vero misericordia, & pietate ductus, ei sub tali conditione peperit, quod in monasterio de e Colobres habitum monasticum deberet suscipere. Quo audito maritus ejus, quia reservata erat vitam, grave plurimum tulit; sed tamen postmodum acquievit. Sicque factum est, quod duos Episcopos de Casaraugusta, & 2 Trifacon. ut eam b benedicerent, & ei velum imponerent, ad monasterium ipsum adduxit. Episcopi vero rem ignorantem, & quia juvenis erat, & filium habebat parvulum, mutationem vitae suspectam habentes, eam seorsum convernerunt, quae utique ipsis rem per ordinem patefaciens, quod mortis timore, & non bono animo monasterium intrabat, Episcopis de morte ipsius timentibus, & quod ab ea audierant, propagare nolentibus, alter eorum, Tirafion. scilicet, ut viri illius tyrannidi satisfacere videretur, mulieri velum imponere simulavit. Tandem autem vir, & frater de medio sublatis, praedicta mulier de monasterio exivit, & eundem nobili P. videlicet de Camberis nupsit. Sorores autem cum reclamarent, & Episcopo M. Calaguritan. conquestae fuissent, & Episcopus non possit eam videre, nec super his convenire; ad instantiam fororum eam, & virum, quem acceperat, excommunicavit, & eorum terram ejus interdixit, ignorans quomodo res processisset: quam utique sententiam ven. f. noster n. Tarraconen. Archiepiscopus postmodum confirmavit. Nos igitur de honestate, & prudentia o vestra confidentes, causam ipsam experientiae vestrae duximus committendam, & fine canonico terminandam. Ideoque disc. v. per A. f. praec. me. quat. praedictam mulierem, & virum, recepto iuramento, quod vestro debeant stare mandato, ab excommunicationis vinculo absolvatis: deinde tant mulierem, quam Priorissam, & moniales praescripti monasterii ante vestram praesentiam convocantes, causam diligentissime audiat, & fine canonico terminetis. Quod si legitime probatum fuerit, non timore mortis praedictam M. Religionem intrasse, aut quod fecit, ratum poitea habuisse, ipsam ad monasterium redire, & habitum depositum sumere, censura Ecclesiastica compellatis.

tro Antonino Beuter. *historia Hispan.* 1. 1. c. 7. civitas est praetantiqua Hispania citerioris, & nobilissima, in Edeanis, totius Regni Aragoniae Metropolis, ab Augusto Caesaris in coloniam deducta. Nonius in sua Hispania, c. 28. Olim Regum fuit splendida Garia: eam debitis extollit laudibus Ludovicus Lopez in *historia Casaraugustana*, quem laudat Coronel. *in notis ad Ganganam*, t. 3. pag. 437. P. Merillus *de antiquitate Casaraugust.* l. 1. c. 1. Tamayo de Salazar in *Maritima Hispania*, die 2. Januarii, & die 29. & Martii die 24. Non minus celebre est apud omnes nationes templum B. Mariae ad huc viventi ab Apolloto D. Jacobo dicatum, vulgo *da el Pilar de Saragossa*; quod construxit iussu Deiparae virginis super columnam, seu pilari inter Angelorum cantus visibiliter apparentis, ut referunt & probant Mart. Delrio *disq. mag.* l. 2. q. 26. f. 4. pag. 223. Tella in *l. Reg. Milit. S. Jacobi*, c. 3. Valcius in *chron. anno 37. c. 44.* Garibay in *compendio Histor. Hispan.* lib. 7. c. 3. c. 4. Vivar. *in notis ad Flavium Dextrum*, anno 37. n. 3. Michael Martinez in *interpret. trium epigram. ipsius Ecclesiae*, pag. 79. Alii quampures, quos congerit Lexana in *iuris alleg. pro ipsa Ecclesia sanctae Mariae*, in *prin.* pag. 7. Haec Ecclesia Cano.

NOTAE.

Oscensis. Ita legitur in prima collectione, *sub hoc tit. c. 1.* & post Concilium Lateranense part. 50. c. 13. Oscensis urbs duplex reperitur in nostra Hispania, alia dicta Olsa Baticae, vulgo *Gualter*, cujus meminerunt Ptolomaeus l. 2. *geograph. tab. 1. c. 4.* & ibi Josephus Moletius f. s. Hieronym. Vulcellus f. 85. Rodericus Garo in *notis ad chron. Flavii Dextri*, an. 52. *lib. 1.* Alia est civitas peruviana in Celsiberia Hispaniae citerioris, in Regno Aragoniae, vulgo *Gualter*, e jus topographiam tradiderunt ex antiquis Ptolomaeus l. 2. *tab. 2. Europa*, c. 6. Pliinius l. 3. *lib. 3. Strabo l. 3. geographia*. Ex recentioribus Ludovicus Nonius in sua Hispania c. 83. Didacus de Ainsa *lib. 1. histor. Oscensis*, c. 1. De hac in praesenti agitur, quae jam a primis Ecclesiae temporibus Cathedra Episcopalis decoratur: ejus Praeful Gabianus libriscripti Conc. Toler. 3. b 5. *Marie Casaraugust.* Casaraugusta, five Caesarea Augusta, ut vult Zurita in *notis ad Antonii itinerarium*, pag. 333. Salduba appellata ab Ortelio in *theatro*, verbo *Casaraugusta*, Auriaria dicta ab Archiepiscopo Tolitano l. 1. *historia*, c. 3. Pe-

tro Antonino Beuter. *historia Hispan.* 1. 1. c. 7. civitas est praetantiqua Hispania citerioris, & nobilissima, in Edeanis, totius Regni Aragoniae Metropolis, ab Augusto Caesaris in coloniam deducta. Nonius in sua Hispania, c. 28. Olim Regum fuit splendida Garia: eam debitis extollit laudibus Ludovicus Lopez in *historia Casaraugustana*, quem laudat Coronel. *in notis ad Ganganam*, t. 3. pag. 437. P. Merillus *de antiquitate Casaraugust.* l. 1. c. 1. Tamayo de Salazar in *Maritima Hispania*, die 2. Januarii, & die 29. & Martii die 24. Non minus celebre est apud omnes nationes templum B. Mariae ad huc viventi ab Apolloto D. Jacobo dicatum, vulgo *da el Pilar de Saragossa*; quod construxit iussu Deiparae virginis super columnam, seu pilari inter Angelorum cantus visibiliter apparentis, ut referunt & probant Mart. Delrio *disq. mag.* l. 2. q. 26. f. 4. pag. 223. Tella in *l. Reg. Milit. S. Jacobi*, c. 3. Valcius in *chron. anno 37. c. 44.* Garibay in *compendio Histor. Hispan.* lib. 7. c. 3. c. 4. Vivar. *in notis ad Flavium Dextrum*, anno 37. n. 3. Michael Martinez in *interpret. trium epigram. ipsius Ecclesiae*, pag. 79. Alii quampures, quos congerit Lexana in *iuris alleg. pro ipsa Ecclesia sanctae Mariae*, in *prin.* pag. 7. Haec Ecclesia Cano.